Graduação del doctor Antonio de Castro

Vniuersis et singulis presentes bulle sive presentium publicum vidisse lecturis pariter et audituris Tellus debuendia decretorum doctor Quamvis ecclesie Toletane Archidiaconus et Canonicus Index et commissarius Vestre ad presentium sedem apostolicam specialis deputatus Salutem in Domino et presentibus fidem indubiam adhibere Apostolice sedis benignitas copiosa divine retributionis premia fidelibus suis pie ac more honestatem et alia multiplicium virtutum dona quibus illarum largitor animas personas insigniri illas presertim que sincere devotionis affectum ad sedem ipsam diligenter habere diligenter attendit decens reputat et congruum ut ipsas gratiose prevenias honoribus et aptas favoribus prosequatur ut in effectu prerepiant quod sinceri affectus volens igitur Sanctissimus in Christo pater et Dominus noster Dominus Sixtus divina providentia papa quartus ad cuius providentiam spectat digna pro meritis impendere illos qui circa merita virtutum disciplinam continue studiose et laboribus insudarunt et insudare de presenti non desistunt aptius animo tractare Egregium virum dominum Antonium martinum de Castrales in decretis bachalarium Illustrissimi Domini nostri Regis Castelle et legionis aragonumque consiliarium Supplicationibus inclinatus Non nullas literas apostolicas suas in forma brevis emanatas sub annulo piscatoris clausulas et sigillatas Sanas et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vicio et suspitionis carentes nobis coram Notario publico et testibus infrascriptis presentari fecit quarum substructio ategue talis erat Dilecto filio Archidiacono ecclesie toletani et abinde consequebatur Sixtus papa quartus Dilecte fili Salutem et apostolicam benedictionem Dignum arbitramur et congruit ut qui sedem doctrina excoluerunt meritis honoribus et titulis actollantur Inclinati igitur supplicationibus dilecti filii Antonii martini de Castrales in decretis bachallarii ac Carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Castelle et legionis aragonumque regis Illustris consiliarii qui sicut nobis exponi fecit in Universitate Salamantina inepta illius statuta studendo bachallariatus in jure canonico fuisse pit et nunc licentiature ac doctoratus in eodem jure gradus quos in ipsa Salamantina Universitate propter grauedinem qua imbri fluunt expensis assumere nequit alibi assignari desiderat Discretioni tue per presentes committimus et mandamus quatenus adhibitis tecum duobus vel tribus in dicto jure doctoribus super diligenti examen Eumdem Antonium ad id idoneum et sufficientem esse reperiens super quo tuam et eorundem doctorum conscientiam oneramus Eum ad licentiature et doctoratus gradum honorem auctoritate et consuetis solemnitatibus promoveas Eique insignia doctoralia dictum gradum exhibeas et assignes Itaque dictus Antonius omnibus et singulis prerogativis et immunitatibus et exemptionibus favoribus gratiis et honoribus quibus alii in predicta vel alia Universitate generali licentiati et doctorati gaudent et potiuntur nec non omnes actus peritiatos et doctoratus honores exercere scholasticos tam actiue quam passiue valeat et publice exercere possit et debeat ac si in dicta Universitate gradum honorem accepisset non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac dicte Universitatis statutis et consuetudinibus et juramento quo ad effectum premisse relaxamus vel alia firmitate roboratis ceterisque contrariis quibuscumque Date Rome apud Sanctum petrum sub annulo piscatoris die quinta junii millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto